ACTA, ET DECRETA
SYNODALIA
VENETA

Ab Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Patre, & D.D.

ALOYSIO SAGREDO

Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primate, &c.

Habita, & promulgata in Ecclesia Patriarchali,

Diebus 6. 7. 8. Mensis Maij 1686.



VENETIIS, M. DC. LXXXVI.

EX TYPOGRAPHIA PINELLIANA,
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

ALOYSIVS SAGREDO

Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum Dalmatiæque Primas, &c.

Clero Ciuitatis, & Diæcesis Venetiarum Salutem in Domino.

NOstri muneris cogitatione compellimur in illam laudabilem Ecclesiæ Nostræ rectitudinem vigilare, quæ omnium oculis, atq; vocibus probatissima, non sine Nostræ sollicitudinis expositione commendabiliter suscipiatur. Propterea, vt hanc, quam maximè debemus curam, in ijs præcipuè Constitutionibus excitemus, quæ saniori hominum grauitate feruntur, ex re arbitrati sumus Diœcesanam Venetam Synodum quantocitius possumus in Domino congregare, vt de Nostra, eiusdemq; assistentis intelligentia, tum eam, quam Clero volumus sanctimoniam, tum eam, quam debemus in Nobis prouidentiam efficaciter exhibeamus. Vt multæ primitus in istam sententiam Nos impellebant necessitates, sic omnes vltimò, pro hac tam ardua fidelium alea ad vsq; cupidos stimularunt: Eo tandem fine, vt si mirabilis est Deus in Sanctis suis, Illum pariter in Nobis, cum toto Clero, per rectas emendationes sanctificatis, pro sua gratia mirabilem, & pro Nostris moribus magis propitiabilem

A

constituamus. Quod si INNOCENTII XI. Beatiss. P. N. nihil magis venerabiles voluntates hortantur, quàm ut in votis, & orationibus quamcumq; possumus iuuemus fidem, & tam spectatum Christianis Bellum, si non robore, pietate saltem sustineamus: Satagendum hinc etiam est, vt non minus Nostrarum virtutum occasiones accipiamus, quàm laudatissimis eiusdem Santissimi Pontificis Nostri excitationibus diligentissimè obtemperemus. Praeibimus interea Nos, quemadmodum D. Hieronymus loquebatur, tamquam exigui ignes ad accendendum, vt vos, & singuli ad ardentissimam sanctarum legum executionem accensi, intelligatis postremò, cum vestrarum Animarum, atque morum plenissimo incremento, quod FLAMMA PASTORIS LVX GREGIS est.

Igitur Dilectissimi, Monita, Praecepta, ac Constitutiones, quas in totius Nostri Gregis vtilitatem, & commodum emittimus, alacri animo excipite, ac sedulò, totisq; viribus executioni demandate, vt Dei cultum, Animarum vestrae Curae commissarum salutem, disciplinae Ecclesiasticae augmentum efficacius operemur; vtque Religionis, pietatis, ac Sanctar; virtutum fructus ad Omnipotentis Dei gloriam consequi possimus.

In praefatione Synodi Bellunensis Jo.-Francisci Bembi de anno 1703. laudat haec ... verba S. Greg. magni in libro de cura pastorali.

Ad

Ad Maiorem Dei Gloriam.

Indictio Synodi Diæceſanæ Primæ.

ALOYSIVS SAGREDO

Miſeratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæq; Primas, &c.

CVm nobis compertum ſit, quantum Dei gloriæ, animarum ſaluti, atque Eccleſiarum beneficio ex Synodorum conuocatione adiumenti accedat, iamdudum in votis habuimus huiuſce Noſtri Cleri Religioſum cætum coadunare, eo ſolliciti animi ſtudio, quod Sacri Canones Nobis imponunt. Verùm, cum ex eo tempore, quo Diuina Nos Prouidentia haud tale cogitantes, ac multò minus merentes, Venetæ Eccleſiæ præfecit; grauiſſimæ initio Curæ mentem Noſtram ſibi vindicauerint, atq; diſtraxerint, inter quas Eccleſiarum Viſitatio, tanquam Synodi præparatio, ac præambula, vnde locorum, atq; perſonarum notitia penitus neceſſaria, Nobis haurienda erat, operæ pretium omnino duximus conſequenti, ſed magis opportuno tempori, Eccleſiaſticum eumdem Conuentum reſeruare. Eapropter, nunc Viſitatione ex maiori parte abſoluta, atq; alijs iam difficilioribus Noſtræ Diæceſis negotijs expeditis, Synodum non amplius differendam rati, eam, ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiri-

Spiritus Sancti, Deiparæ semper Virginis Mariæ, B Petri Apostolorum Principis, Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Patroni, Diui Marci Euangelistæ Serenissimæ Reipublicæ Protectoris, ac Ecclesiasticæ disciplinæ instaurationem, Christianæq; pietatis, ac religionis incrementum congregandam, & celebrandam, in Ecclesia prædicta, præsentibus hisce litteris indicimus, annunciamus, conuocamus, conuocatamq; decernimus, pro Feria secunda, tertia, & quarta; quæ erunt sexta, septima, octaua, Mensis Maij proximè venturi.

Quapropter omnes, & singulos vniuscuiusque ordinis, quocumque nomine censeantur, seu vocentur, Beneficia in Ciuitate, & Diæcesi Nostra obtinentes, Nobis subiectos, qui Canonum iure, Concilij Tridentini Decreto, vel consuetudine, Synodo interesse tenentur, requirimus in Domino, & monemus, ijsque in virtute S Obedientiæ, & sub pænis à Sacris Canonibus inflictis, alijsque arbitrio nostro, pro modo contumaciæ, & culpæ respectiuè infligendis, præcipimus, vt diebus prædictis, hora tertiarum in prædicta Ecclesia conuenire, & Synodo interesse debeant, nec inde discedere, nisi nostra, vel Vicarij nostri Generalis licentia. Mandantes insuper, vt à die præsentis Indictionis, quacumque quinta Feria in singulis Ecclesijs Missa de Spiritu Sancto celebretur, alijsque Sacrificijs, atque Christianæ pietatis exercitamentis, Diuinum auxilium imploretur ad hanc Synodalem actionem, foeliciter in Dei honorem instituendam. Volumus autem, vt hæ Nostræ Litteræ, in-

ter

ter Missarum solemnia lectæ, & valuis prædictæ Ecclesiæ, ac locis solitis affixæ, singulos adstringant, ac si coram lectæ, atque intimatæ singulis fuissent. In quorum, &c.

Datum Venetijs ex Palatio Patriarchali die 4. Ianuarij 1686. à Nat. Dom.

(ALOYSIVS PATRIARCHA, &c.

Io: Baptista Lazari Canc.

De Disciplina in Synodo Seruanda.

NOS ALOYSIVS SAGREDO

Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiaq; Primas, &c.

CVm iam indixerimus Synodum Nostram Diæcesanam, pro Feria Secunda, Tertia, & Quarta, quæ erunt Sexta, Septima, & Octaua Mensis Maij proximè venturi; modo verò duximus nonnulla decernenda de Disciplina Synodali, ab omnibus, & singulis in eadem Synodo interesse habentibus seruanda, iuxta formam, & tenorem infrascriptum.

1. Conuenient ad Synodum omnes Abbates, Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Nostræ Patriarchalis, Plebani, Rectores quarumcumque Ecclesiarum Venet. & Diæcesis subiectarum, omnes Ecclesiarum Collegiatarum Titulati, vel quocumque modo Beneficia Ecclesiastica obtinentes.

2. Sa-

2 Sacerdotes, qui ad Synodum conueniunt, omnino reputantes, tum Ecclesiasticæ personæ Officia, tum huiusce operis grauitatem, se ita component in moribus, suaque consilia, ac studium in Synodali actione ita defigent, vt, & in omnibus proprij Ministerij exemplar præbeant, & Diuino cultui, atque Ecclesiæ incremento se profuisse cognoscant.

3. Decenti, ac religioso habitu compareant, in veste talari, ac Tonsura, superpelliceis induti, & Ecclesiam ingressi, primùm Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum adorent, postea quilibet ad sedendum, in loco gradui suo destinato procedat, sine vanitate, sine chirotecis, & annulis, exceptis Dignitatibus, & Doctoribus.

4. In Ecclesia nulli fiant conuentus, nulli strepitus non mutuæ collocutiones, præsertim, dum fiet Processio, Missa Celebrabitur, & alia Diuina Officia exercebuntur; sed modestia, & decòr seruetur, prout loci veneratio, & negotiorum grauitas postulat.

5. Sacerdotes omnes, durante Synodo, Missam de Spiritu Sancto quotidie celebrabunt; qui verò Sacerdotes non fuerint, in Synodo Sacram Synaxim à Nobis accipient.

6. Ne quis á suo loco discedat, nisi absoluta sessione, aut necessaria de causa, idq; fiat, obtenta à Nostro Vicario Generali facultate.

7. Si quis in Synodo aliquid proponere voluerit, id prius scripto commendet, vt re maturé pensata, quod expediens visum fuerit, decernamus.

8. Dum aliquid è suggestu legetur, Decreta præsertim,

sertim, omnes attentissimè audient, vt lecta exactissimè obseruent, & si quid difficultatem patiatur, Nos, aut Vicarium Nostrum consulant, vt explicationem obtineant.

9. Quicumque in Synodo verba facere voluerit, modestè, seriò, & aptè, ac meditato sensum suum proferat.

10. Si in Synodo nonnulla publicauerimus, aut Personas certis Officijs deputauerimus, quod auctoritate ordinaria Nobis concessum est, non tamen ad hunc ordinem semper seruandum teneri volumus, sed id modò facimus, vt toti Clero id facilius innotescat, decretaque in vnum facilè colligantur.

11. Sessione absoluta, omnes sileant, nec aliquis à suo loco discedat, priúsquam Nos è Synodo abierimus; tunc veró non raptim, & tumultuosè, sed graui, & decorò incessu.

Præcipimus autem, & Mandamus, vt hæ Nostræ Litteræ in Ecclesia Cathedrali; per Cancellarium Curiæ Nostræ, inter Missarum solemnia publicè legantur, lectæque eiusdem Ecclesiæ, ac S Bartholomæi de Riuo alto Valuis affigantur; & per huiusmodi publicationem, & affixionem omnes, & singuli adstringantur, ac si coram eis lectæ, & singulis intimatæ fuissent.

Datum Venetijs ex Palatio Patriarchali Die 6. Aprilis 1686.

(ALOYSIVS PATRIARCHA, &c.

Io: Baptista Lazari Canc. Patr.

B De

QVoniam verò omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum; ideo incenſo animi ſtudio, à Deo quiſque impetrare conabitur, præſertim in auguſtiſsimo Altaris myſterio, cæleſtem opem, pro Eccleſia Sancta Dei; pro hac Ciuitate, & Diæceſi Noſtra; atque pro hac Synodali actione, vt eo ſucceſſu dirigatur, qui vberiones pietatis fructus pariat, ac omnipotentis Dei gloriam augeat.

Orate ergo omnes, prout exhibet Tabella publicè expoſita, ac pro faciliori populi intelligentia vulgari ſermone concepta, vt infra.

Monſig. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Luigi Sagredo per Diuina Miſericordia Patriarca, &c.

A' Chiara intelligenza d'ogn'vno hà ordinato ſi publichino gl'infraſcritti punti dell'Oratione, da farſi per la Celebratione della ſua prima Sinodo, per implorare l'aſsiſtenza dello Spirito Santo.

Pregate Dio per la Santità di N. S. Papa INNOCENTIO XI. accioche gli doni Salute, vita, & aiuto, per il felice gouerno di Santa Chieſa.

Per l'Eſaltatione della Santa Chieſa Cattolica Romana, eſtirpatione dell'Ereſie, Pace, e Concordia trà Prencipi Chriſtiani; e felici progreſsi dell'Armi della Santa Lega.

Per

Per la Serenifsima Republica Noftra di Venetia; e Serenifsimo Prencipe, accioche Dio la conferui, benedica i fuoi Configli, le afsifta al gouerno dello Stato alla fua cura commeffo, fecondo il volere, e la gloria di Sua Diuina Maeftá, e la profperità Temporale, e Spirituale de' Popoli.

Per Sua Signoria Illuftrifsima, e Reuerendifsima, accioche fia dal Diuino Spirito Illuftrato, & aiutato nel gouerno di quefta Chiefa, & afsieme coi fuoi Miniftri, per ben reggere la medefima, e col fuo Gregge peruenga all'eterna falute.

Per tutto il Clero della Città, e Diocefe, accioche doni à Chierici, e Sacerdoti lume per conofcere il debito della loro vocatione, per dare buoni efempi, & edificatione à i Popoli; & alli Religiofi, & Religiofe conceda lo Spirito della vera offeruanza.

Per tutto il Popolo, accioche Dio lo conferui, & accrefca in lui la Santa Fede Cattolica, gli doni foccorfo per viuere conforme la profefsione Chriftiana; offeruare la Santa Legge Diuina, & acquiftare la felicità eterna.

A' maggior gloria di Sua Diuina Maeftà, emendatione, e riforma de' coftumi, e ftabilimento del vero modo di viuere Chriftiano, e religiofo.

Data dal Patriarcato di Venetia li 10. Apr. 1686.

(LVIGI PATRIARCA, &c.

Gio: Battifta Lazari Canc.

LVIGI SAGREDO

Per Diuina Misericordia Patriarca di Venetia, e Primate della Dalmatia, &c.

Alle dilette in Christo figlie le Monache di questa nostra Diocese.

ESsendo la celebratione de' Sinodi vna delle più importanti industrie, che la Chiesa di Dio adopera per mantenimento della Disciplina Ecclesiastica, auuanzamento del Culto Diuino, dobbiamo con ogni ardore inuocare l'assistenza del Signor Dio alla religiosa radunanza del Nostro Clero, che habbiamo determinato di conuocare. E perche nella Chiesa le Anime più accette al Signore sono le Vergini sue Spose; & esse altresì deuono hauere vn particolar interesse, & affetto alle cose, che riguardano l'honore di Sua Diuina Maestà, inuitiamo, con le presenti, tutte le Monache à Noi soggette, acciòche, con le loro feruenti Orationi, implorino dal Cielo á questa nostra opera, la gratia dello Spirito Santo; Sicuri ch'esse Sacre Vergini incontreranno di buon cuore questo Nostro Paterno eccitamento. Et alle medesime preghiamo il cumulo delle Spirituali benedittioni.

Dal Patriarcato di Venetia 24. Aprile 1686.

(LVIGI PATRIARCA, &c.

Gio: Battista Lazari Canc.

SES-

SESSIO PRIMA.

SYNODI DIÆCESANÆ VENETÆ
Die Lunæ 6. Mensis Maij 1686.

DECRETVM.

DE SYNODO INCIPIENDA.

NOS ALOYSIVS SAGREDO Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum Dalmatiæq; Primas, &c. ad laudem omnipotentis Dei, B.M.V., B.Petri Apostolorum Principis, huius Ecclesiæ Patroni, ac D. Marci Euangelistæ Serenissimæ Reipublicæ, & Inclytæ huius Ciuitatis Patroni, Primam hanc Nostram Diæcesanam Synodum incipimus, inceptamque decernimus. Præstet idem Deus Omnipotens, precibus eiusdem Santissimæ Virginis, ac omnium Sanctorum, vt Noster hic labor, in eiusdem honorem, ac huiusce Ecclesiæ vtilitatem cedat. Nobisque propterea Spiritus Sancti lumen infundat, vt ea, quæ agenda sunt, pura mente cernamus, ac toto animi conatu, peragamus.

Breue

Breue espreſſione di Monſig. Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Patriarca al ſuo diletto Clero, per eccitarlo all'vnione, pace, & adempimento delle proprie obligationi.

Laus Deo, Beataq; Mariæ ſemper Virgini.

BEnedico Dio di leggere nelle voſtre Fronti, Venerandi Miniſtri del Santuario, Sacre guide del Veneto Gregge, la cordiale prontezza, con cui hauete già cominciato á rendermi vn ſi gradito teſtimonio della voſtra Figliale vbbidienza.

Lá medeſima v'hà in queſta Baſilica radunati per riceuere i prouedimenti opportuni per le Spirituali neceſsitá de' Popoli, e per rimediare à gl'abuſi, che corrono.

Diuino Spirito, *qui Linguas infantium facis eſſe diſertas*, infiamma le mie parole; onde, e con gli inſegnamenti, e con l'opre s'accendano quanti m'aſcoltano ad inuigilare alla ſaluezza delle Anime alla lor fede, alla loro cura commeſſe. E che altro ci fanno intendere i Titoli eccelſi, co' quali leggiamo eſaltati i Rettori delle Parochie? Cuſtodi delle Mura di Gieruſalemme addimandati da Iſaia. Da Gieremia, Medici delle Anime. Sale, e Sole della Terra, da Matteo. Occhi della Chieſa, da Anſelmo. Tralaſcio altre appellationi ſublimi, e ſuccoſiſsimi Elogij, che ben ci moſtrano, ch'á loro carico, non ſolo ſtà inſtruire la gente ignorante nelle maſsime del virtuoſo viuere, ne

gl'-

gl'Articoli della fede, che si deuono necessariamente credere, nelle parti essentiali della vera penitenza, nelle dispositioni richieste all'vso profitteuole de' Sacramenti, mà con gl'insegnamenti accompagnare vna esemplare Vita, i detti insieme, e i fatti, e come scrisse S. Prospero, *docere, & Sanctè viuere*.

Da queste obligationi esimersi non può alcuno, ch'è fatto Maestro Spirituale degl'altri, ò Rettore delle Chiese, e delle Pieui.

Tanto io deuo promettermi da questa consacrata Adunanza, chiamata in parte delle grauissime Cure, e Pastorali nostre sollecitudini, à fine di riddurre all'osseruanza primiera i saluteuoli Editti, e Santissime Constitutioni de'Predecessori Nostri, di porre freno alle scandalose introduttioni, con tenere in vbbidienza la souerchia libertà de' Sacerdoti Forastieri, miglioramento, & emendatione di questo Popolo, per rendere placata la Maestà Diuina, acciò si degni d'accompagnare, con altretante beneditioni, i progressi fin'hora gloriosi dell'Armi confederate, che quest'è stato vno de particolari motiui di conuocare la Sinodo.

Piaccia al Cielo, che l'amore, la concordia, la pace, facciano di quanti qui siamo vn'Anima, e d'vn Clero il Cuore.

COR VNVM, ET ANIMA VNA.

D E-

De Ministris Synodalibus.

QVia vero in Synodalibus actionibus multorum adiumento, & Ministerio opus esse cognoscimus; idcirco, præsenti Decreto, deputamus.

In Præfectum Disciplinæ Clericalis, & Actionis Synodalis, ac Iudicem querelarum, & excusationum absentium, Ad. Reu. & Excell. D. Leonardum Marinum I. V. ac S. T. D. Proth. Apostolicum, Vicarium Nostrum Generalem.

In Præfectum Scrutinij, seu examinis Synodalis Ad. Reu. & Excell. D. Marcum Antonium Ferro I. V. D. Auditorem, & P. Vicarium Nostrum Generalem.

In Promotorem Synodi Reu. & Excell. D. Io: Dominicum Fantini I. V. D. Diaconum Titulatum Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Mariæ Nouę.

In Secretarium Synodi Reu. & Excell. D. Io: Baptistam Lazari I. V. D. Cancellarium Nostrum Patriarchalem, & Capellanum Curatum Ecclesiæ Parochialis S. Seueri

In Lectorem Reu. & Excell. D. Io: Anton. Boncium, I. V. D. Curiæ Nostræ Patriarchalis Notarium, & Diaconum Titulatum Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Moysis, qui Decreta aliaque legenda publicè legat. exceptis Decretis Sacr. Concilij Trid. & Apostolicis Constitutionibus. perlegendis ab Ad Reu. D. Archidiacono ad præscriptum Pontificalis Romani.

In

In Magistros Cęremoniarum: Ad Reu. D. Io: Baptistam Moscatellum Primicerium Ecclesiæ Nostræ Patriarchalis, & Reu. D. Petrum Franciscum Vium.

DECRETVM.

De Praiudicio non afferendo.

SI contigerit, in Synodo, aliquem suo loco non sedere, aut incedere, vel aliud agere; non propterea, per id, nouum Ius acquiratur, vel acquisitum esse censeatur; sed omnia in eo statu seruentur, in quo, ante hanc Synodum, reperiebantur.

DECRETVM.

De proponendis Querelis, & Excusationibus.

SI quis alicuius absentiam excusare voluerit, Ad. Reu. D. Vicarium Nostrum Generalem, Iudicem excusationum, vt supra deputatum, adeat, & fidem iusti impedimenti relinquat.

Si quis Querelas, vel accusationes contra aliquem deferre voluerit, eundem D. Iudicem adeat, easque scripto mandet, & relinquat, ne priuatorum causę grauiorum rerum examen turbent, aut Synodalem actionem retardent.

DECRETVM.

De non Discedendo.

OMnibus, & singulis, qui huic Synodo interesse debent, sub pœna suspensionis, & alijs arbitrio Nostro infligendis, districtè prohibemus, ne ab Ecclesia discedant, absque licentia, nisi sessione peracta, & benedictione obtenta.

DECRETVM.

De Cleto vocando.

COncilijs Generalibus, & præsertim Tridentino sess. 24. cap. 2. in fine de Ref. sancitum est, quod omnes Ecclesiastici Viri, qui Iure, vel consuetudine Synodo Diæcesanæ interesse tenentur, non accedentes, poenas à Sacris Canonibus statutas incurrant. Quare, ad instantiam Excell. D. Promotoris Fiscalis, Illustriss. & Reuerendiss. DD. Patriarcha, &c. mandauit omnes, & singulos Beneficiatos è suggestu vocari. Omnes igitur nominatim, & ordinatè fuerunt appellati, qui, vt præmittitur, Synodo interesse tenentur. Qui adfuerunt, stantes, capite aperto, & alta voce, responderunt, adsum. Qui verò absuerunt, nota signati sunt.

DECRETVM.

De Fidei Professione Emittenda.

SAcrosancti Conc. Trid. Decreto sess. 25. Cap. 2. de Ref. § Præcipit igitur, statutum est, vt quicumque Ecclesiastica Beneficia obtinuerint, vel qui ad Diæcesanam Synodum conuenire tenentur, prima vice, qua in ea conuenient, Fidei professionem emittant, quam proximè emiserunt, iuxta formulam præscriptam, à Pio Papa IV. genuflexis, ante Illustrissimum, & Reuerendiss. D.D. Patriarcham.

DECRETVM.

Pro Constitutionibus Apostolicis, & Ordinationibus Sac. Conc. Trid. publicandis.

ILlustriss. & Reuerendiss. D.D. Patriarcha, &c. mandat, vt publicentur Constitutiones Apostolicæ, & Decreta Sac. Conc. Trid. quas, & quæ respectiuè D. S. Illustrissima, & Reuerendissima, pro sua prudentia, censuit in hac Synodo enunciari. Ita factum est, & è suggestu ad Reu. D. Iacobus Zopellius Archidiaconus, iuxta mandatum, intelligibiliter perlegit infrascripta videlicet.

De Residentia.

Capit. 2. de Reformat. sess. 6. Incipit Episcopis Inferiores.

Cap. 1. de Reformat. sess. 23. Incipit, cum praecepto § si quis, & § eadem omnino.

Cap. 12. de Reformat. sess. 24. incipit, cum dignitates § prouisi, &c. vsq; ad § neminem, & § praeterea, vsque ad § caetera.

Bulla Pij Papae V. contrà non recitantes diuinum Officium.

De Vita, & honestate Clericorum.

Cap. 6. de Reformat. sess. 14. Incipit. Quia vero.

Cap. 6. de Reformat. sess. 21. Incipit quia illiterati.

Cap. 1. de Reformat. sess. 22. Incipit nihil est.

Cap. 14. de Reformat. sess. 25. Incipit quam turpe.

De ijs qui Confessiones audiunt.

Cap. XV. de Reformat. sess. 23. Incipit. Quamuis Presbyteri.

De Missis celebrandis, obseruamdisque, & euitandis in Sacrificio Missae.

Cap. vnico sess. 22. Incipit. Quanta Cura.

De Matrimonio.

Cap. 1. de Reformat. Matrim. sess. 24. Incipit tametsi.

De Locationibus Bonorum Ecclesiasticorum.

Cap. XI. sess. 25. de Reformat. Incipit Magnam Ecclesiae perniciem.

DECRETVM.

Pro Deputandis ad reuisionem computorum Seminarij.

ILlustriss. & Reuerendiss. D.D. Patriarcha,&c. pro executione Decreti Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 18. de Ref. monuit Ad.Reu. D. Capitulum suæ Ecclesiæ Cathedralis, vt se congreget, hodierna die à prandio, & eligat duos de Capitulo, ad reuisionem computorum Seminarij, eosque nominet in actis huius Synodi.

Itemque monuit, iuxta solitum, duos Ad.R.R. D.D. Plebanos, duos R.R. Præsbyt. duos R.R. Diaconos, & duos R.R. Subdiaconos antiquiores Titulatos, vt congregentur, post præsentem sessionem, in Palatio Patriarchali, & eligant duos de Clero, pro reuisione dictorum computorum, illosque nominent in actis, vt in proxima futura sessione Synodo proponi possint, & ab ea approbari.

DECRETVM.

Contra absentes.

CVm plures ex ijs, qui Iure, vel consuetudine huic Synodo interesse debeant, adeo negligentes, & contumaces appareant, vt neque præsentes existant, neque aliquam iusti impedimenti caussam, vel excusationem, per Nuntium detulerint:

Propte-

Propterea Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, &c. ad instantiam, Exc. D. Promotoris Fiscalis mandauit procedi contra absentes, prout Iuris est, & Sacrorum Canonum ratio postulat.

D E C R E T V M.

Indictionis futuræ Sessionis.

ILlustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, &c. secundam huius Synodi sessionem indixit, pro die crastina, de mane, quæ erit 7. Mensis Maij currentis, hora tertiarum, cum monitione ad interessendum, prout in edicto Indictionis huius Synodi impresso; mandauitque, omnes conuenire, vt tenentur.

SYNODI Diæcesanæ Venetæ.

SESSIO SECVNDA.

Die Martis 7. Mensis Maij 1686.

ILlustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Patriarcha, &c. inhærendo Decretis præcedentis Sessionis, mandauit non preiudicari alicuius præcedentiæ, nisi in suo loco sedeat, vel nominetur, aut aliud agat. Item ne quis discedat absq; licentia, sub poena suspensionis, nisi postquam peracta sit Sessio, & benedictio obtenta. Insuper mandauit, vt publicè vocentur omnes, & singuli, qui debent interuenire Synodo Diæcesanæ, de Iure, vel consuetudine, & contumaces punctari, vt poenas à Sacris Canonibus præscriptas, referrant. Vlterius mandauit fieri professionem Fidei; iuxta formam constitutionis Pij Papæ IV. ab ijs, qui fortè antecedenter non emiserint, in præcedenti Sessione.

Deputatio Iudicum Synodalium.

CVm OEcumenica Tridentina Synodus sess. 25. cap. 10. decreuerit, vt designarentur, præter Ordinarios locorum, Personæ habentes qualitates, vt præscriptum est in constitutione Bonifacij VIII. in cap. statutum, de Rescript. in sexto qui-

quibus comitterentur causæ Ecclesiasticæ, & Spirituales, ac ad Forum Ecclesiasticum spectantes, in partibus delegandæ.

Ideò Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, &c. humiliter in stante Excell: Promotore; iuxtà Apodixiam traditam, deputauit, & publicari mandauit, per lectorem, illos, quos esse Iudices Synodales præscripsit, & sunt.

Iudices Synodales.

Adm. R.D. Leonardus Marinus I. V. & S. Th. D. Proth. Apostolicus, Vicarius Generalis Patriarchalis.

Adm. R. D. Marcus Antonius Ferro I. V. D. Auditor & Prouic. Generalis Patriarchalis.

Adm. R. D. Iacobus Zopellius S. Th. D. Archidiaconus Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. Reu. Domin. Ioannes Palatij I.V.D. Canonicus Ducalis, Ven. Congregationis Sanctæ Mariæ Matris Domini Archipresbyter, & eiusdem Ecclesiæ Plebanus, & in Patauino Lycæo Publicus Sacrorum Canonum Professor, &c.

Adm. R. D. Io: Franciscus Montanarius I.V.D. Proth. Apost. Vicarius perpetuus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ Sancti Bartholomæi de Riuo Alto.

Adm. R. D. Io: Antonius Zampelli I. V. D. Proth. Apostolicus, Eminentissimi, & Reuerendissimi D. D. Ioannis Cardinalis Delphini Patriarchæ Aquileiensis, Auditor Generalis, & Ecclesiæ

Paro-

Parochialis, & Collegiatæ S. Panthaleonis Plebanus.

Adm. R. D. Franciſcus Iuliani I. V. D. Proth. Apoſtolicus, Vicarius Eccleſię Ducalis S. Marci, & Parochialis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Ioannis Eleemoſynarij Plebanus.

Adm. R. D. Morandus de Morandis I. V. D. Vicarius Generalis Epiſcopatus Turcellenſis, Canonicus Ducalis Eccleſiæ S. Marci, Archipresbyter Ven. Congregationis Ss. Hermaghoræ, & Fortunati, ac Paroch. & Coll. Eccl. S. Baſſi Presbyter Titulatus.

DECRETVM.

Pro Examinatoribus Synodalibus.

ILluſtriſsimus, & Reuerendiſſimus D. D. Patriarcha, &c. in vigorem Decreti Sacr. Conc. Trid. Seſs. 24. cap. 18. de Reform. propoſuit Examinatores à Synodo approbandos, vt, vacantibus Eccleſijs Parochialibus, examinent electos, iurentq; omnes, ad Sancta Dei Euangelia, ſe quacumque humana affectione poſtpoſita, fidelitèr munus ſuum executuros.

Approbati autē ab hac Synodo fuerūt infraſcripti Examinatores Synodales

Adm. R. D. Iacobus Zoppelli S. Th. D. Archidiaconus Eccleſiæ Patriarchalis.

Adm. R. D. Laurentius Manutius, Archipresbyter Eccleſiæ Patriarchalis.

Adm.R.D.Franciſcus Paſchalius S.Th. D. Can. Theologalis Eccleſiæ Patriarchalis.

Adm.R. D. Antonius Egeninus, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Auguſtini.

Adm. R. D. Ioannes Pallazzi, I.V.D. Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Mariæ Matris Domini.

Adm.R. D. Franciſcus Pilloti, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Angeli.

Adm.R. D. Io: Franciſcus Montanarius I. V.D. Vicarius Perpetuus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S.Bartholomæi Apoſtoli.

Adm.R. D. Hieronymus Todeſchi, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Iacobi de Luprio.

Adm. R. D. Hieronymus de Barberijs, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Margharitæ.

Adm.R.D. Ioannes Broli I. V.D. Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Fuſcæ.

Adm. R. D. Dominicus Orlandini, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S.Caſsiani.

Adm. R. D. Laurentius Mazzocchus, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatę Ss.Hermaghorę, & Fortunati.

Adm. R. D. Ioſeph Sandini, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Samuelis.

Adm.R. D. Io: Antonius Zampelli I. V. D. Proth. Apoſtolicus, Plebanus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Panthaleonis.

Adm.

Adm. R. D. Nicolaus Palmerini, Plebanus Ecclesiæ Parochialis S. Matthæi de Riuoalto.

Adm. R. D. Bernardinus Fontana S. Th. D. Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Pauli.

Adm. R. D. Morandus Morandi I. V. D. Presbyter Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Basſi.

Adm. R. D. Io: Antonius Tarabinus I. V. D. 3. Presbyter Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ Ss. Hermagoræ, & Fortunati.

Adm. R. D. Ioannes de Rubeis, Secundus Presbyter Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatę S. Felicis.

Adm. R. D. Simon Donatus, I. V. D. Tertius Presbyter Titulatus Ecclesię Parochialis, Collegiatæ, ac Vicarialis S. Bartholomęi.

Adm. R. D. Io: Baptiſta Mondinus, Diaconus Tit. Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ Sanctæ Margharitæ.

Adm. R. D. Ioannes Caualli I. V. D. Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Giminiani.

PRÆSIDENTES

Verò deputati ab Illuſtriſsimo, & Rerendiſsimo D. D. Patriarcha, &c. numerationi, & recognitioni Votorum, in approbatione ſupradictorum Examinatorum Synodalium fuere.

Admod. R. D. Io: Maria Grattarolus, Prothonota-

rius Apostolicus, Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Cantiani.

Adm. R. D. Io: Antonius Zampelli I. V. D. Prothonotarius Apostolicus, Plebanus Ecclesiæ, & Parochialis, & Collegiatæ S. Panthaleonis.

Adm. R. D. Philippus Carretta, secundus Presbyterus Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Pauli, Notarius, ac Subcollector Decimar. Ven. Cler. Venetiarum.

Electi, & Approbati ab hac Synodo pro reuisione Computorum Seminarij.

EX instantia Exc. D. Promotoris, Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha mandauit publicari nomina deputatorum in actis Synodi, pro reuisione Computorum Seminarij, tám pro parte Ven. Capituli, quàm pro parte Ven. Cleri, per verbum placet, ab eadem Synodo approbatis, & sunt infrascripti.

Pro parte Ven. Capituli.

Adm. R. D. Laurentius Manucius, Archipresbyter. Ecclesiæ Patriarchalis.

Adm. R. D. Nicolaus de Comitibus, Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis.

Pro parte Ven. Cleri.

Reuerend. D. Franciscus Salerni Diaconus Titulatus Ecclesiæ Parochialis, & Colleg. S. Siluestri, &

Reuer.

Reuer. D. Franciſcus Cortinoui, Subdiaconus Titulatus Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Paterniani.

DECRETVM

Contra abſentes:

ILluſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D. D. Patriarcha, &c. decreuit, vt procederetur contrà abſentes, qui non adfuerunt, non afferentes legitimum impedimentum, vel præmittentes excuſationem per alium, & iuſſit elleuari pœnas contrà illos, iuxtà Canones.

Indictio fututa Seſsionis:

ILluſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D.D. Patriarcha, &c. Tertiam huius Synodi Seſsionem intimari mandauit pro die craſtina de mane, quæ erit 8. Menſis Maij currentis, hora tertiarum, cum monitione ad intereſſendum, prout in Edicto huius Synodi impreſſo; omnes igitur conueniant, vt tenentur.

SYNODI Diæcesanæ Venetæ.

SESSIO TERTIA.

Die Mercurij 8 Mensis Maij 1686.

ILlustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, &c procedendo ad Tertiam Sessionem huius Synodi Diæcesanæ, mandauit in primis, & ante omnia denuo publicari Decreta in superioribus Sessionibus emanata, videlicet

De præiuditio non afferendo.
De non discedendo.
De Clero vocando.
De Fidei professione emittenda.
Quæ postea, in executionem prædicti Decreti per Lectorem publicata fuere.

DECRETVM.

Pro Deputandis Visitatoribus Sexteriorum.

ILlustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, &c., ex instantia Exc. D. Promotoris, iussit promulgari, ad omnium notitiam, Visitatores Sexteriorum sibi benè visos, duos pro quolibet sexterio huius Ciuitatis, ad exequenda Decreta Syno-

Synodalia, & Patriarchalia, ad formam Constitutionis Priolæ; sunt autem subsequentes.

In Sexterio Castelli.

Adm R. D. Michael Florenus, Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Marinæ.

Ad. R. D. Petrus Bernardi Plebanus Eccl. Parochialis, & Collegiatæ, ac Matricis S. Mariæ Formosæ.

In Sexterio S. Marci.

Adm. R. D. Franciscus Pillotti, Pleb. Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ, ac Matricis S. Angeli.

Ad. R. D. Iacobus Panighetti, Pleb. Eccl. Parochialis, & Collegiatæ, ac Matricis S. Mariæ Iubenicorum.

In Sexterio Canalis Regij.

Adm. R D. Io: Maria Grattarolus, Pleb. Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Cantiani.

Ad. R. D. Petrus Bolzetta Pleb. Ecc. Parochial. & Coll. S. Felicis.

In Sexterio S. Pauli.

Adm. R. D. Laurentius Licini, Pleb. Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ, ac Matricis S. Siluestri.

Adm. R. D. Bernardinus Fontana S. Th. D. Pleb. Eccl. Parcchialis, & Collegiatæ S. Pauli.

In

In Sexterio S. Crucis.

Adm. R. D. Dominicus Pischiuta, Pleb. Ecclesię Parochialis, & Collegiatæ S. Simeonis Prophetę.
Adm. R. D. Dominicus Orlandini, Pleb. Ecclesię Parochialis, & Colleggiatæ S. Cassiani.

In Sexterio Dorsi Duri.

Adm. R. D. Hieronymus de Barberijs, Pleb. Ecclesiæ Parochialis, & Colleg. S. Margharitæ.
Adm. R. D. Io: Antonius Zampelli I.V.D. Pleban. Eccl. Parochialis, & Collegiatæ S. Panthaleonis.

Deputatio Magistrorum super sacris Missæ Caremonijs, ac Ritibus Seruandis.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Patriarcha, &c. deputauit, & Synodo denunciari mandauit Magistros Cœremoniarum, qui examinent diligenter Sacerdotes, tàm Venetos, quàm Exteros, super ea, quæ seruanda sunt in Missis celebrandis, cęterisque ritibus practicandis, antequàm celebrationi admittantur, ad præscriptum Constitutionis Priolæ, & sunt

Adm. R. D. Io: Baptista Moscatellus, Primicerius Ecclesiæ Patriarchalis.
Adm. R. D. Franciscus Pillotti, Pleb. Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Angeli.
Adm. R. D. Io: Petrus Diberti, Plebanus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Martini.

Adm.

Adm. R. D. Petrus Bernardi Pleb. Eccl. Parochialis, & Colleg. ac Matricis S. Mariæ Formosæ.

Confirmatio Veterum Constitutionum, & promulgatio nouarum.

DECRETVM I.

Ecclesiæ huiuscæ nostræ Patriarchalis gubernationi, Animarum saluti, atq; Diuino cultui, per Constitutiones B. Laurentij Iustiniani, Castellanorum Episcoporum, eius Prædecessorum, atque Patriarcharum Successorum, & Visitationis Apostolicæ Regulis, tam piè, ac salubriter prouisum est, vt ijs nihil addi, sed tantùm earumdem executio seriò, ac sedulò vrgenda esse videatur.

Quare prædictas Constitutiones, quæ Sacri Conc. Trid. & Visitationis Ap. ac Nostris Decretis contrariæ non sunt, approbamus, & confirmamus. contrarias verò, si quæ, temporum decursu, introductæ sunt, consuetudines, seù potius corruptelas, ordinaria, & Apostolica auctoritate, ab eodem Sac. Conc. Trid. Nobis concessa, tollimus omninò, & abolemus. Et quia nonnulli ex his abusibus magis frequentes sunt, & disciplinam Ecclesiasticam grauiùs lædunt, cum maxima animi nostri molestia; ideo eos magis distinctè, & singillatim reprobandos censuimus.

DECRETVM II.

DOcet experientia, propter errores, qui fiunt in deſcribendis Baptiſmis, & Matrimonijs multoties dari anſam litibus, & controuerſijs. Volentes itaque huic incommodo prouidere; pręcipimus, & mandamus, vt ſoli Parochi in poſterum deſcribant Baptiſmata, & Matrimonia in Libris, ad hoc deſignatis, omni ſolertia, & diligentia; iuxtà formulas à Rituali Romano, & Conſtitutionibus Patriarchalibus Synodalibus pręſcriptas, temporis ordine ſeruato, non autem per Alphabetum, prout in aliquibus Eccleſijs abuſiuè practicare conſueuerunt. Prohibemus autem quibuſcumque alijs Sacerdotibus, etiam Presbyteris Titulatis, ſub poenis ſuſpenſionis à Diuinis, in prædictis Libris illa deſcribere, quamuis ipſi Baptiſmum adminiſtrarent, & Matrimonijs de noſtra, vel Plebani licentia, aſſiſterent.

DECRETVM III.

PRæcipit Sancta Tridentina Synodus, ſeſs. 24. de Reform. Matrim. cap. 1. vt antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho in Eccleſia, inter Miſſarum ſolemnia publicè denuncietur. Quare, ſi propria auctoritate, & ſic illicitè, ommiſſæ fuerint denunciationes, ſine licentia Noſtra, vel D. Vicarij Noſtri Generalis, declaramus ex nunc Matrimonia ip-

ſa

ſa Clandeſtina, quoad pœnas incurrendas Matrimonijs Clandeſtinis appoſitas, quamuis eſſent contracta publicè, & in faciem Eccleſiæ coram Parocho, & duobus Teſtibus. Contrahentibus verò, in pœnam delicti, indicimus ſeparationem ad tempus, arbitrio Noſtro duraturam, quibus etiam condigna pœnitentia iniungetur. Et Parochis inhibemus, ne illa deſcribant in Libris Matrimoniorum abſque Mandato Noſtro, ſub pœnis ſuſpenſionis à Diuinis, & Ducatorum vigintiquinque locis Pijs applicandorum; ac inſuper Contrahentes ipſi quaſcumque alias pœnas ſtatutas, & decretas, ac decernendas, etiam cùm inuocatione auxilij brachij ſæcularis, non euadent. Si quis autem Parochorum, aut alius Sacerdos, de eorum licentia præſumpſerit talibus contrahentibus ſpontè aſſiſtere, ſciat à Nobis grauiter puniendum, & Iuris diſpoſitione, ſuſpendendum eſſe ab Officio per triennium.

DECRETVM IV.

COmpertum eſt, Matrimonia inter perſonas exteras alienæ Diæceſis contrahi, non probato earum ſtatu libero, contra diſpoſitionem Conſtitutionum Synodalium Prędeceſſorum Noſtrorum, quòd non eſt tollerandum; ideò decernimus nulli Parochorum licerè Matrimonia prædicta in eorum Eccleſijs publicare, etiam ſub prætextu, quòd contrahentes ab eorum pueritia ad hanc Ci-

uitatem conuenerint, & in ea commorati fuerint, nisi prius constiterit de ipsorum libertate per Attestationem Curię Nostrę in forma probanti; iuxtà formam Decreti Sacræ Congregationis Almæ Vrbis infrà impressi.

Qui verò Viduos, vel Viduas se asserunt, non admittantur, nisi de priori Matrimonio, & morte Coniugis doctum fuerit per legittimas attestationes in Curia Nostra récognoscendas, & per Parochos diligenter asseruandas. Quæ omnia exequi mandamus sub pœnis, & censuris, arbitrio Nostro, contra Contumaces, & inobedientes infligendis.

Tenor Decreti à Sacra Suprema Congregatione S. Officij Almæ Vrbis editi,

ORdinarij præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diæcesibus existentibus, vt pro Matrimonijs cum exteris contrahendis, non faciant Publicationes in eorum Ecclesijs, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel eius Vicario Generali prius teneantur authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerunt examinati Testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium; Controuenientes autem seuerè punientur.

Romæ ex Typographia Reu. Cameræ Apost. 1665.

DECRETVM V.

CVm ad aures Nostras delatum fuerit, aliquos in tantam malitiæ improbitatem deuenisse, vt pro consecutione Primæ Clericalis Tonsuræ, cæterorumq. Ordinum minorum, & Sacrorum, medijs à Sacris Canonibus reprobatis vsos fuisse, videlicèt aliquid pecuniæ per se, vel per alios mediatoribus tribuendo; ex zelo salutis seriò admonemus eos, qui huiusmodi consecutionem obtinuerint, vel in posterum obtinere curauerint, aut qui vti mediatores se interposuerint, Simoniam committere, & consequentèr excommunicationem, & suspensionem respectiuè ab exercitio ordinum talitèr consecutorum Summo Pontifici reseruatam incurrere, per Extr. Pauli II. de Simonia, & Constitutionem Sixsti V. quę incipit: Sanctum, & Salutare, contra malè promotos.

DECRETVM VI.

AD obuiandum fraudibus, quæ sæpè fiunt in assignatione, seù constitutione Patrimoniorum ijs Clericis, qui ad Ordines non promouentur ad titulum seruitutis Ecclesiæ, vigore Indulti Summi Pontificis Sixti V. in fauorem Cleri Venetiarum concessi; statuimus, nullum Patrimonium de coetero esse admittendum, nisi Constitutum fuerit, vel à Patre, vel à Consanguineis in primo, vel secundo gradu, vel in proprijs bonis Patrimoniali-

nialibus ordinandi, quæ sint publicé notificata, pacificè possessa, & specificè designata, ac libera ab omni, & quocumque onere, quorum redditus saltem ascendant ad Summam Ducator. sexaginta Monetæ Venetæ currentis; seruata in reliquis forma, & dispositione Sac. Conc. Trid. Sess 21. de Refor. Cap. 2. & non aliàs, alitèr, nec alio modo.

DECRETVM VII.

QVamuis sancitum fuerit per Constitutiones Synodales Patriarchales, quòd nullus Sacerdos, ratione Tituli, siue Mansionariæ habere possit plura onera Missarum, quam per se ipsum adimplere valeat, ne alius exuriat, & alius ebrius sit, adhuc tamen videntur vigere, aliqui abusus, ad quos omninò tollendos, dictas Constitutiones innouando, inhibemus omnibus, & singulis Sacerdotibus suscipere, vel retinere obligationes Missarum, vltra septem dies in hebdomada, etiam sub prætextu supplendi per alium, sub poenis iam statutis, & alijs arbitrio Nostro insligendis. Et mandamus, vt in Sacristia affixa habeatur Tabella, in qua sint descripta onera Missarum, quæ in vnaquaque Ecclesia celebrari debent, pro quibus celebrentur, & qui Eleemosynam tribuent, vel tribuere debeant, & quòd quilibet Sacerdos manu propria se describat in Libro Missarum, cum expressione oneris, cui satisfacere debet, & intendit, sub poenis arbitrio Nostro, vt supra.

DECRETVM VIII.

OPortet Clericos Vestes proprio congruentes ordini semper deferre, vt per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant; tanta autem hodiè aliquorum inoleuit temeritas, religionisque contemptus, vt Tonsuram, & Habitum Clericalem parui pendentes Comam nutriant, & Vestibus breuioribus, ac indecentibus, alijsque indumentis vtantur, quæ potiùs sæcularem luxum, quam Ecclesiasticam disciplinam redolent, & cum eis, ne dùm per Ciuitatem, sed etiam in Ecclesia incedant, atque ad Diuina Officia, tremendumque Missæ Sacrificium conficiendum accedere non erubescant, contrà formam Sacrorum Canonum, Constitutionum Synodalium, & ordinationem Decretorum per Nos, & Prædecessores Nostros iteratis vicibus editorum. Volentes itaque huiusmodi graue scandalum penitùs abollere, prohibemus, & seriò interdicimus omnibus, & singulis Clericis, præsertim in sacris Ordinibus Constitutis, tam Venetis, quàm exteris nutrire Comam, vel Capillos excedentes auriculas, & publicè deferre Vestes breuiores, sub poena Carceris formalis, arbitrio Nostro, vltra alias contentas, tàm in Constitutionibus Synodalibus, quàm Decretis præfatis.

Prohibemusque omninò eas Vestes, quæ, vel retinentur in Sacristijs, vel deferuntur ab aliquibus sub breui pallio, vt in solo Sacrificio Missæ, vel

Mis-

Missa maiori, & Vesperis super induantur.

A quibus tamen poenis eximimus Sacerdotes aduentitios, breui tempore hìc commorantes, & quoscumque alios, tempore iteneris, pluuiæ, niuis, ac luti, quo breuiores Vestes permittimus, extra tamen sacras functiones.

Præcipimus vero, & strictè præcipiendo mandamus Plebanis, Capellanis, & Sacristis, quatenus in eorum Ecclesijs hanc Nostram Constitutionem inuiolabiliter exequantur, & exequi faciant, sub pœna Ducatorum quindecim applicanda, iuxtà Nostra Decreta 19. Februarij 1680. & 2. Septembris 1684 inferiùs imprimenda; nec non alijs poenis, & censuris in eisdem Decretis contentis.

E D I T T O.

LVIGI SAGREDO

Per Misericordia Diuina Patriarca di Venetia, e Primate della Dalmatia, &c.

SOno così visibili l'inosseruanze d'alcuni Sacerdoti in questa Cittá, circa la compositione dell'habito, non solo nelle publiche Piazze, mà nelle Chiese, e sù gl'Altari medesimi, che chiamano la nostra vigilanza Pastorale à più opportuni rimedij, e se bene (gratie á Dio) dalla maggior parte del nostro Clero viene custodita la debita disci-

disciplina, nulladimeno per confermarne l'osseruanza, e rimouere gl'abusi di quelli, che, dimenticatisi del Carattere, e dell'Officio Sacerdotale, si trasformano negl'vsi de' Secolari, coll'alteratione dell'habito, e de' Capelli prohibita da Sacri Canoni, e da tante prouisioni de' nostri Predecessori; col presente Editto di moto proprio, e di risoluta Nostra volontà comandiamo, & ordiniamo

Che tutti li Sacerdoti, cosi Forestieri, come Diocesani, che haueffero alterato la decenza dell'habito, e de' Capelli, debbano nel termine di giorni quindeci componersi in forma decente, e proportionata alla conditione di persona Ecclesiastica, colla Veste talare, e colla tonsura de' Capelli, che si veda la Chierica d'ordinaria grandezza, altrimente non possano in alcuna delle Chiese, Oratorij, ò Capelle à noi soggette celebrare la Santa Messa, sotto pena di Ducati quindeci, da esserle irremissibilmente leuata, con applicatione d'vn terzo al Denontiante, che sarà tenuto secreto, e li due terzi alle Monache di Candia, & alle Conuertite, per egual portione, alle quali s'intenda douuta intieramente, quando per altra via constasse dell'inobedienza, & altre ad arbitrio nostro.

E perche quest'Ordine habbia la piena sua esecutione, comandiamo parimente à tutti i Sagrestani, Capellani, & altri, sotto qual si sia nome assistenti alla Cura delle Sagrestie di cadauna nostra Chiesa, ò Secolare, e di Monache, e di qualunque Oratorio, e Capella, che non permettano à quei

 Sacer-

Sacerdoti, che contrafacesserò all'ordine sudetto, l'accostarsi á gl'Altari per dir la Messa, sotto la stessa pena di Ducati quindeci, d'applicarsi come sopra, di sospensione à Diuinis, & altre ad arbitrio, &c. Al qual fine tener debbano affissa nelle Sagrestie la stampa di questo Editto, così per togliere il pretesto dell'ignoranza, come per hauere innanzi á gl'occhi la qualità dell'incarico, che in virtù di Santa Obbedienza gl'imponiamo. Sicuri Noi, che non vorranno aggrauar l'anime loro, dando fomento alla scompositione esterna de' Sacerdoti, dalla quale si deduce l'interna corruttione de religiosi costumi; e vaglia affisso, come se fosse personalmente intimato, e presentato à ciascheduno d'essi.

Dat. dal Palazzo Patriarcale questo giorno 19. Febraro 1680.

(*LVIGI PATRIARCA, &c.*

Gio: Battista Lazari Canc. Patr.

E D I T T O.

LVIGI SAGREDO

Per Misericordia Diuina Patriarca di Venetia, e Primate della Dalmatia, &c.

SE in alcun tempo hanno douuto li Sacerdoti comparire ben composti nell'habito esteriore (indicio

cio dell'interiore) lo deuono particolarmente nelle presenti congionture, per promouere ne' Popoli la veneratione douuta à Ministri dell'Altissimo, per eccitare la pietà Christiana à fare ricorso á Sacrificij loro in rendimento di gratie alla Diuina Maestà di quelle, che si è degnata di farci godere ne' gloriosi successi dell'Armi confederate, e per implorare la continuata assistenza del suo braccio onnipotente nel conseguimento di maggiori vittorie. Noi per tanto bramando co'l nostro zelo Pastorale, che restino del tutto leuate le Vanità, ò mode di Vestire scandaloso, introdottesi da molti, che scomposti nell'habito, e tonsura, non s'arrosiscono di farsi vedere per la Città, Piazze, Sagrestie, & anco à gl'Altari, e si riducano à quella compositione d'habito, e di capelli, che viene prescritta da Sacri Canoni, Costitutioni sinodali de' Predecessori Nostri, e da Noi medesimi con Editto di 29. Febraro 1680. Ordiniamo, & espressamente, con le presenti comandiamo,

Che tutti li Sacerdoti cosi della Nostra, come d'aliena Diocese, che in questa Città dimorano, debbano, nel termine di giorni quindeci, riformarsi in vna maniera propria, e conueniente alla conditione della vita, che professano, con Veste talare, e tonsura de capelli, in modo, che le orecchie rimangano scoperte, e si veda la Chierica di grandezza ordinaria. Contrafacendo, non sia loro permesso celebrare in alcuna delle Chiese, Oratorij, Capelle á Noi soggette, sotto pena di Du-

cati quindeci, da esserli leuati irremissibilmente, per distribuirsene vn terzo al Denonciante, che si tenirá secreto; gl'altri due terzi, con vgual portione, trà le Monache di Candia, e Conuertite, alle quali s'intenda douuta intieramente, in caso, che per via d'Inquisitione fattasi ex Officio, ouero altro modo constasse dell'inobedienza, e sotto altre pene ad arbitrio Nostro. Per l'intiera essecutione di questo Nostro Ordine, comandiamo à tutti li Sagrestani, Capellani, ò sotto qual si sia nome assistenti alla cura delle Sagrestie d'ogni Nostra Chiesa, cosi di Preti, come di Monache, di Oratorij, ò Capelle, di non permettere à gli contrafacenti dire Messa, ouero assistere ad alcun Diuin Officio, sotto la pena stessa di Ducati quindeci, da leuarsegli, e diuidersi come sopra, & altre di sospensione, &c. ad arbitrio.

Ma perche non mancano di quelli, che resi quasi incorreggibili, pretendono deludere questo nostro pio intento, vsando alcune meze Vesti, in forma di carpettine, con ammiratione anco de' secolari assistenti, s'intendano queste pure assolutamente prohibite: e tanto li Delinquenti, quanto li Sagrestani, ò altri assistenti siano soggetti alla pena soprascritta di Ducati quindeci, da diuidersi come sopra, permettendo l'vso d'esse nella celebratione di Messe, ò interessenza alle fontioni Sacre.

Doueranno finalmente li Sagrestani, & altri di sopra nominati comparire auanti di Noi ogni mese, incaricandoli à portar attestationi giurate d'hauer

adem-

adempito puntualmente il loro debito.

Resti questo Nostro Decreto affisso in tutte le Sagrestie à Noi soggette, e serua come fosse formalmente intimato, affine che da nessuno se ne pretenda ignoranza.

Dal Patriarcato di Venetia 2. Settembre 1684.

(*LVIGI PATRIARCA, &c.*

Gio: Battista Lazari Canc. Patr.

DECRETVM VIIII.

LVdi Magistri Scholas aperire nequeant, nisi prius Nobis constiterit de eorum sufficientia, & in manibus Nostris, vel D. Vicarij Nostri Generalis Fidei professionem emiserint, ad formam Sacr. Conc. Trid. & Constitutionum Patriarchalium, & licentiam à Nobis, vel à D. Vicario Nostro Generali in scriptis obtinuerint, sub poena Ducatorum 50. Locis pijs, arbitrio Nostro, applicandorum.

DECRETVM X.

REgulæ, & Ordinationes à Prædecessoribus Nostris, circa Sexteriorum Scholas laudabiliter præscriptæ sunt, sed executioni non demandantur; itaut Magistri hodie deputati Ecclesias grauent in solutione Taxæ, & pauci Clerici ipsas frequentent, ac parum proficiant. Cupientes igitur antiquum methodum instaurare, decernimus, &

ordi-

ordinamus, vt DD. Plebani infrà duos Menses proximè futuros se conuocent in eorum Sexterijs, faciantque nouam electionem Magistrorum, vel iam electos, si ita eis expedire videbitur, denuò confirment, cum obligatione habendi, & tenendi Substitutum, seù Repetitorem idoneum, quas electiones, seù Confirmationes fieri volumus de biennio in biennium; iuxtà Regulas, & Ordinationes D. Patriarchæ Vendrameni, rec: mem: quas exequi volumus in omnibus suis partibus.

DECRETVM XI.

Congregationes Casuum conscientiæ, quæ aliàs à Nobis, & Prædecessoribus Nostris indictæ fuerunt, pro exercitio Confessariorum, & instructione aliorum Sacerdotum, & Clericorum hactenus intermissas, volumus, & mandamus omnino reassumi in Ecclesijs iam designatis à Præsidentibus aliàs deputatis, vel in locum præmortuorum à Nobis deputandis. Confessarij autem in posterum, & ij, qui voluerint examinari, non admittentur ad prorogationem facultatis Confessionis audiendæ, nec ad examen respectiuè, nisi priùs attestationem per proprium Præsidentem subscriptam, & iuratam præsentauerint.

DECRETVM XII.

CONtingit aliquando, vt Cadauera Clericorum, & Sacerdotum ad Sepulturam deferantur cum Corona (vulgò Zoia) ommiſso Birretto, Crucem Chriſti præſeferente; quod non eſt permittendum; Ideo decernimus, omnes Clericos, & Sacerdotes ſepeliendos eſse abſque Coronis prædictis, ſed cum ſolo habitu proprio, & conuenienti, ac Birretto Cruce ſignato, quæ eſt vera Clericalis ordinis Corona.

DECRETVM XIII.

INhærendo Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Synodalibus Patriarchalibus, alijſque Decretis; prohibemus omnibus Clericis, & Sacerdotibus, tam Sęcularibus, quã Regularibus, cuiuſcumq; Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtant, ad Monaſteria Sanctimonialium accedere ad colloquendum, ac tractandum cum eis, quocumque colore, vel prætextu, abſque debita licentia expreſsa, ſub pęnis contentis in Edicto per D. Patriarcham Maurocenum Prædeceſsorem Noſtum rec: mem: edito prima Februarij 1644. & renouato 10. Martij 1676. nec nõ in declaratione Sacrę Congregationis Concilij Tridentini diei 11. Maij, à Santiſs. D. N. Clemente Papa IX. confirmata 7. Iunij 1669. quod, quamue imprimi mandamus in calce huius Noſtræ Conſtitutionis, pro totali, & inexcuſabili executione.

GIO:

GIO: FRANCESCO MOROSINI

Per Misericordia di Dio Patriarca di Venetia, & Primate della Dalmatia, &c.

E Perche anco intendiamo con non ordinaria perturbatione dell'animo nostro, che non solo delli Preti di Venetia, mà anco de Forestieri, e Regolari, à quali pure per Constitutione Apostolica è prohibito parlare à Monache, oltre il peccato mortale, sotto grauissime pene, ancorche in strettissimo grado di Parentela à loro congionte, poco curando li detti Ordini, Censure, e pene imposte da Sacri Canoni, e da Nostri Antecessori, si fanno lecito, con l'occasione del dir Messa, e predicare nelle Chiese di Monache, & anco in altre hore del giorno, parlare con esse Monache di dentro, fermandosi nei Parlatorij, e Grade di Chiese, & iui trattenendosi, non senza graue danno delle loro conscienze, disturbo delle altre Sorelle, scandalo vniuersale de Popoli, e con molto pericolo d'ogni maggior male.

Perciò inherendo alle dette Constitutioni, e Decreti fatti, e publicati più volte, prohibiamo ad ogni, e qualunque Ecclesiastico il parlare, sotto qual si voglia colore, ò pretesto, à Monache Professe, Nouizze, ò Conuerse, Figliuole, ouero altre Donne, le quali, ó per Monacare, ò per educatio-

cationе, ò per qualch'altra causa habitassero in alcuno de Monasterij à noi sottoposti, sotto pena di sospensione à Diuinis, l'assolutione della quale sia à noi solamente reseruata, da incorrersi ipso facto, in ciascheduno de sopradetti casi, co'l douer restare obligati á tutte quelle maggiori pene, che prout de iure, stimaremo douersi punire, etiam della Carcere formale, per quel spatio di tempo; che stimaremo conuenirsi, hauuta consideratione al luoco, al tempo, alla conditione delle persone, & alla qualità dell'inobedienza, e mancamento.

Facendo intendere ad ogn'vno, che coll'imploratione del braccio secolare si darà ordine per prendere, carcerare ogni, e cadaun Ecclesiastico, sia di che grado, ordine, ò conditione esser si voglia, che fosse trouato à porte, grate, ruote, ò Parlatorij, à parlar, ò trattare, come di sopra, etiam per breue spatio di tempo, senza la nostra Licenza in scritto; ouero con essa, mà senza essere adempite le conditioni in essa contenute, per castigarli, e punirli con le sudette considerationi, & alli Officiali, ò Cattori per ciascheduno nel sudetto modo ritrouato, e condotto prigione tansiamo adesso per all'hora il Mandato Ducati 25. da pagarsi dalli medesimi, che saranno presi.

Non eccettuando altri, che li loro Confessori ordinarij, & estraordinarij, come ne' loro Mandati, e Licenze.

Et accioche la presente nostra Constitutione habbi, com'è di ragione, l'effetto suo pienamente, nè

 alcun

alcun pretendere posſa ignoranza; Commandiamo, che, prima regiſtrata nelli atti della Cancellaria noſtra Patriarcale, poi ſtampata, ſia affiſsa in luoco patente di ogni Sacriſtia delle Chieſe Parochiali, & delle medeſime Monache á noi ſottopoſte, & che in queſta maniera obblighi ogn'vno all'intiera oſseruanza, come ſe perſonalmente gli foſse ſtata intimata. In fede, &c.

Dat. nel Palazzo Patriarcale li 1. Febraro 1644. rinouato, e riſtampato a' 10. Marzo 1676.

(GIO: FRANCESCO PATRIARCA.

Andrea Veſcoui Canc. Patriarcale.

DECLARATIO

SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII TRIDENTINI

A' Santiſſimo D.N. CLEMENTE PAPA IX. approbata.

Super acceſſu Regularium ad Monaſteria Monialium.

Die 11. Maij 1669. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, habita notitia, quòd nonnulli Regulares, abſque licentia, crates Monaſteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non eſse interdictum per breue tempus, etiam vſque ad quadrantem horę cum dimidio,

dio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas intrà Clausuram existentes, alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirmant, disseminent, & forsan etiam scriptis euulgent, proprias grauiter illaqueantes conscientias, scandala confouentes, ad huiusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, reijciens, ac damnans, declarauit. Regulares cuiuscunque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamuis ab Ordinarij iurisdictione quomodolibet exempta, & etiam ipsis Regularibus subiecta, vel aliás speciali mentione digna, absque legitima facultate, accedunt, colloquendo, etiam per quodcunque modicum temporis spatium, cum Monialibus, aut alijs intrà Clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque sub Excommunicationis, priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, alijsque contra Regulares, accedentes siné licentia ad Monasteria Monialium, statutis pœnis, posse ab Ordinario, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, coerceri.

Et die 7. Iunij eiusdem anni, facta relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua præsentem declarationem approbauit, ac Typis dari, seruarique iussit.

A. Card. Celsus Præfectus.

Loco ✠ sigilli.

S. Brancaccius Archiep. Adrianopolit. Secr.

DECRETVM XIIII.

CVm Confessarius in administratione Sacramenti Pænitentiæ Dei summi Iudicis vices gerat; Cumque ad rectum iudicium Scientia, prudentia, & ætatis maturitas requirantur, quæ precipuè elucescere debent in ijs, qui ad Monialium Sacramentales Confessiones audiendas fuerint demandati. Propterea volumus, vt qui ad prædictum Ministerium audiendi Monialium Sacramentales Confessiones assumendi venient, præter, ætatis maturitatem à Iure præscriptam, examini, coram Nobis ad hoc specialiter faciendo, se subijciant.

DECRETVM XV.

OMnibus, & quibuscumque Ecclesiarum Rectoribus interdicimus, ne in Clericos recipiant Claudos, gibbosos, strabones, surdos, siuè quamcumque corporis deformitatem, seù defectum patientes. Quos verò in 18. ætatis Anno minus aptos ad Litterarum studia iudicauerint, charitatiuè moneant, vt sibimet consulentes honestam artem addiscant, qua se ipsos alere, & christianè viuere possint. In Rectorum autem defectum, Nos eos opportunè monebimus, & cum alijs inhabilibus à promotione reijciemus.

Pro præstanda obedientia.

CVm omnes, & singuli, qui debent interuenire, de Iure, vel consuetudine Synodo Diæcesanæ, teneantur præstare obedientiam ante Synodi dimissionem; Ideò Illustrissimus, & Reuerendiss. D.D. Patriarcha mandauit, singulos vocari ad prę standam obedientiam, & reuerentiam D.S. Illustrissimæ, & Reuerendissimæ.

In cuius Decreti executionem accedentes bini, & bini, nec non genuflectentes, obedientiam, & reuerentiam præstiterunt, & successiuè ad sua loca redierunt.

Decretum Contra absentes.

ILlustrissimus, & Reuerendissimum D.D. Patriarcha, &c. inhærendo Decretis in alijs Sessionibus promulgatis, mandauit procedi contra absentes, & contumaces.

Et nihilominus benignè agendo eisdem terminum dierum decem assignauit ad dicendum, & allegandum causas, quare contra ipsos non sit procedendum; aliàs, dicto termino elapso, & causis legitimæ excusationis non deductis, ex nunc, prout ex tunc, eosdem citari mandauit ad videndum sibi eleuari poenam Ducatorum quinque, pro singulo, Monasterijs Conuertitarum, & S. Seruuli in Insula applicandorum, ad primam diem Iuridicam immediatè sequentem.

De

De Synodo ab omnibus comparanda, & penes se habenda.

ILlustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, &c. nè quis, sub quouis praetextu, vel ingenio, allegare valeat ignorantiam pręsentium Synodalium Constitutionum, mandauit, quatenus omnes, & singuli Parochi, Presbyteri, & Clerici, infra mensem, à die earumdem impressionis, proprijs expensis comparare, & sedulò perlegere debeant, easque Nobis, vel D. Vicario Generali praesentare teneantur, sub poenis arbitrio nostro infligendis.

Decretum Indictionis futurae Synodi.

NOS Aloysius Sagredo, Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, &c. auxiliante Deo O.M. Synodum Diaecesanam Anno sequenti 1687. diebus in impressione Indictionis Synodi facienda specificandis, in hac Nostra Cathedrali Ecclesia, ad praescriptum Sacr. Conc. Trid., de more celebrabimus.

Conclusione della Sinodo con l'infrascritte parole di Monsig. Illustriss. e Reuerendiss. Patriarca.

RIngratio Dio, che sia terminata questa Sacra Fontione, con la veneratione, e laude douute á S. D. M. con intiero godimento di questo prediletto Clero, e con mia pienissima contentezza.

Io

Io non ſtarò affaticandomi in perſuadere à Signori Piouani l'oſſeruanza de Decreti, di Noſtro ordine publicati, con procurare, che ſiano pontualmente eſſequiti da Sacerdoti, & inſeruienti delle loro Chieſe. Parmi di ciò leggere ſcolpito nelle fronti d'ogn'vno, e ne cuori impreſso l'obligo indiſpenſabile, in cui ſi trouiamo coſtituiti. M'eſibiſco, non ſolo come amantiſsimo loro Padre, mà compagno ancora, pronto d'entrar con eſsi á parte delle fatiche, & applicationi ad honor, e gloria del Signore.

Replico poi quello diſsi nel primo congreſso, che ſi come il motiuo della preſente Guerra intrapreſa dall'Armi confederate contro'l comun nemico aſtringe Noi tutti col feruor dell'Orationi, e bontà di vita ad implorare l'aſsiſtenza delle Diuine Miſericordie in difeſa della ſua cauſa, coſi non dobbiamo tranſcurare, opera, perſuaſioni, ſtudio, e diligenza per l'adempimento de Communi Voti, vantaggio della Chriſtianità, e di queſta Sereniſsima Patria.

Decretum de Synodi dimiſsione.

AD laudem Dei omnipotentis, Beatiſsimæ Virginis Mariæ, Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac B. Marci Euangeliſtę, huius Ciuitatis protectoris, decernimus præſentem Synodum dimiſſam; omneſque dimiſſos in Domino hortamur, vt ex prædictarum Synodalium conſtitu-

tio-

tionum vigore; ostendant fructum vtilitatis, & exhibeant in Ministerio Ecclesiastico, tum Religionis, tum probitatis sibi debitum argumentum. Quod futurum esse speramus, si lumine Sancti Spiritus prælucente, sategerint suis Officijs, atque muneribus, toto animi Studio, inuigilare.



Instru-

Instrumentum de omnibus actis, & gestis per triduum, in prima Synodo Diæcesana Veneta currentibus diebus 6. 7. 8 Mensis Maij, Anno Millesimo sexcentesimo, Octuagesimo sexto.

IN CHRISTI NOMINE Amen. Anno à Natiuitate eiusdem D. N. Iesu Christi 1686. Indictione Nona, die verò Mercurij 8. Mensis Maij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentij Diuina Prouidentia Papæ XI. Anno eius XI. Hoc præsenti publico Instrumento cunctis, & singulis innotescat, quòd indicta ab Illustrissimo, & Reuerendissimo in Christo Patre, D. D. Aloysio Sagredo, Miseratione Diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque Primate, &c. per publicum Edictum, Prima Synodo Diæcesana, sub data Venetijs, in Patriarchali Palatio die 4. Ianuarij 1686. à N. D. affixum, secundùm consuetudinem, Valuis Ecclesiæ Cathedralis S. Bartholomæi de Riuoalto, ac S. Giminiani, & Sacristijs aliarum Ecclesiarum eidem subiectarum, ad pleniorem omnium notitiam, pro feria secunda, post Dominicam tertiam Pasche die 6. Mensis Maij, Anno 1686. mox ipse Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Patriarcha, circa horam tertiarum, in priuatum sui Palatij Sacellum se contulit; vnde cum Cappa magna, præeunte Cruce, & Capitulo, processionis ritu, Dignitatibus scilicet, & Canonicis, ac Clero Ciuitatis, & Diæcesis, de more processit. Qua

H finita,

finita, in Ecclesiam Patriarchalem, proprijs Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Patriarchæ apparatibus ornatam, pariter magnificentiæ, ac pietatis argumentis insignitam ingressus, magna Musicorum solemnitate, genuflexus in Scabello ibi preparato, successiuè ad Missam solemnem Pontificalem, de Spiritu Sancto celebrandam, ad Altare Maius ascendit, recitatis antecedenter Orationibus, Litanijs, & Precibus, vt in Pontificali Romano. Vbi sacrum peractum est, ex more, sub Baldachino, in parte digniori præparato, se recepit, sedentibus ex vtroque latere partitis Canonicis viginti, & duobus; sub quorũ dexteram Ad.R.R.D.D. Leonardo Marino S.T. ac I.V.D. Vicario Generali, ac Præfecto Disciplinæ Clericalis, & Actionis Synodalis, & Iudice Querelarum; & Marco Antonio Ferro I.V.D. Auditore, & Pro Vicario Generali, nec non Præfecto Scrutinij, & Examinis Synodalis: sub sinistram R.R. D.D. Io: Dominico Fantini I.V.D. Promotore Fiscali, Meque Io: Baptista Lazari Iur. Vtriuſ. Doct. Cancellario Patriarchali, & Synodi Secretario; nec non ex ordine, & dignitate distributis Plebanis, totique Clero sedilibus, ad interueniendum. His peractis, breui quidem, sed graui facundia, orauit Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha. Post eum è Suggestu recitauit R.D. Io: Antonius Boncius I.V.D. Not. Patriarchalis, & Synodi Lector Decreta, à Me de mandato prædicti Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Patriarchæ

exhi-

exhibita; videlicet: De Synodo incipienda: De Ministris Synodalibus: De Præiudicio non afferendo: De proponendis querelis: De non discedendo. His actis, & publicatis, petitum est ab Exc.D.Io: Dominico Fantini Promotore Fiscali, vt publicè vocarentur omnes, & singuli, qui de iure, vel consuetudine debent Synodo Diæcesanæ interuenire, & omnes, & singuli, ex Decreto Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Patriarchæ, per Lectorem vocati fuerunt nominatim, & ordinatè. Qui adfuerunt, stantes, capite aperto, & alta voce responderunt; adsum: qui absuerunt, nota signati sunt. Deinde Excel. D. Synodi Promotor prędictus rogauit, vt committeretur lectura *Decreti Sac. Concilio Trid. cap. 2. sess. 25. de Ref.* quod incipit; *Temporum calamitas*, vsque ad § *ad hæc omnes ij, &c.* & successiuè emitterent Fidei professionem omnes debentes interesse Synodo, & qui in Synodo aliàs non emiserunt, iuxta Constitutionem Pij Papę IV. Decreto facto, iuxta rogata, Adm. Reu: & Exc.D. Iacobus Zopellius S. T. D. Archidiaconus è Suggestu, alta, & intelligibili voce legit Decretum pręcitatum, & ante Illustrissimum, & Reuerendissimum D.D. Patriarcham genu flexo, iuxta præscriptum Constitutionis, Professionem Fidei recitauit, omnibus pariter genu flexis, in suis locis, submissa voce, idem dicentibus, vsque ad illa verba exclusiuè: *sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia*, quæ solus dictus Ad: Reu: D. Archidiaconus recitauit, & tactis corporaliter Sanctis Euangelijs,

Iuramentum emiſit; quod omnes ſucceſsiuè præſtiterunt, dicentes: *ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia*. Deinde Excellens Synodi Promotor inſtitit, vt publicarentur Decreta *Sacri Conc. Trid.* [illegible] Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D.D. Patriarcha iuſsit enunciari, & enunciata ſunt è Suggeſtu, per lecturam Ad. Reu. D. Archidiaconi hęc infraſcripta, videlicet: de Reſidentia *cap. 2. de Refor. ſeſs.* 6. incipit: Epiſcopi inferiores. *capit.* 1. *de Ref. ſeſs.* 23. incipit: *cum præcepto*, § *ſi quis*, & § *eadem omnino. capitolo* 12. *de Reform. ſeſs.* 24. incipit: *cum dignitates* § *prouiſi etiam*, *vſque ad* § *Neminem*, & § *Præterea*, *vſque ad* § *cætera*. *Bulla Pij Papæ V. contra non recitantes diuinum officium*. De Vita, & honeſtate clericorum *cap.* 6. *de Refor. ſeſs.* 14. incipit: *quia verò. cap.* 6. *de Refor. ſeſs.* 21. incipit: *Quia illiterati cap.* 14. *de Ref. ſeſs.* 25. incipit: *quàm turpe*. De ijs qui Confeſſiones audiunt *capit.* 15. *de Refor. ſeſs.* 23. incipit; quamuis presbyteri: De Miſſis celebrandis, obſeruandiſque, & euitandis in Sacrificio Miſsæ *capit. vnico ſeſs.* 22. incipit: *quanta cura*. De Matrimonio *cap.* 1. *de Reform. Matrim. ſeſs.* 24. incipit: *tametſi*. De Locationibus Bonorum Eccleſiaſticorum *cap.* 11. *ſeſs.* 25. *de Refor.* incipit: *magnam Eccleſiæ perniciem*. Per eundem etiam Excel: Promotorem Fiſcalem inſtantia facta fuit, pro deputandis duobus per Adm. Reu. D. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ad reuiſionem computorum Seminarij, & duobus pro parte Ven. Cleri, de more, videlicet per duos ex antiquioribus Plebanis; per duos ex antiquio-

quioribus Presbyteris Titulatis, per duos ex antiquioribus Diaconibus, & per duos ex antiquioribus Subdiaconibus Titulatis; iisque nominandis in actis, pro futura sessione: obtentoque, & publicato Decreto, per Lectorem, cum præmonita nominatione, idem Excel. Synodi Promotor accusauit absentium, & negligentium contumaciam; instando contra eosdem procedi, & obtinuit: factoque per Illustrissimum, & Reuerendissimum D D. Patriarcham Decreto pro futura sessione, die martis 7. Maij, benedixit Synodo, eamque in Domino dimisit.

Die autem martis, quæ fuit 7. Maij, Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Patriarcha, &c. è domo superiori accessit Ecclesię indutus Cappa magna, Cruce præcedente, comitantibus Capitularibus, & ante Altare Sanctissimi Sacramenti orauit: Præparauit postea se, ex more, & Missam de Requie, pro Episcopis, & Sacerdotibus defunctis celebrauit, cæteraque iuxta pręscriptum Pontificalis Romani perfecit. His absolutis, ad sedem propriam accessit, & statim (indicto signo Synodi incipiendæ) Lector publicauit Decreta: De præiudicio non afferendo: De non discedendo: De Clero vocando; qui, obtenta per Decretum, facultate, ab Exc. D. Synodi Promotore, vt vocarentur, vocati sunt omnes, & singuli, qui iure, vel consuetudine debent Synodo Diæcesanę interuenire. Non aduenientes fuerunt puncto notati, vt poenis à Sacris Canonibus inflictis affi-

cerentur. Postea: De Fidei professione emittenda, & qui hactenus Fidei professionem non emiserunt, iuxta Constitutionem Pij Papæ IV. recitauerunt, & quod vnus tantùm altiori voce praenunciabat, cæteri, & singuli, submissa voce, protulerunt, vsque ad illa verba: *sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia*: postea tactis corporalitér Euangelijs, iuramentum præstiterunt. Subsequentèr ego Secretarius accepi ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D. Patriarcha Apodixiam Nominum D.D. Iudicum Synodalium, qui omnes fuerunt lecti, & publicati per Lectorem, & singuli à Synodo per verbum: Placet; approbationem obtinuerunt; & in argumentum honoris commissi, accedentes ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D.D. Patriarcham eius manus sunt deosculati. Idem Exc. D. Synodi Promotor institit, vt Examinatores Synodales, prout sibi benè videretur, proponeret, & à Synodo postea probarentur, & obtinuit. Quibus confectis, statim Me contuli ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D.D. Patriarcham prędictum, & recepi Apodixiam Examinatorum Synodalium, eamque tradidi Lectori, quàm statim é Suggestu publicauit; deputando, & præficiendo Vrnarum aperitioni, & votorum numerationi Adm. R.R.D.D. Io: Mariam Gratarolum, Plebanum Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Cantiani, Io: Antonium Zampelli I.V.D. Plebanum Parochialis, & Collegiatæ Ecclesię S. Parthaleonis; & Philippum Carretta, Secundum

dum Presbyterũ Titulatũ Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Pauli, Notarium; & Subcollectorem Decimarum Cleri. Postea ser. ser. à prænominatis Deputatis apertæ sunt Vrnę; præsente Me Secretario, & singulorum suffragia propitia, & contraria numerata sunt respectiuè. Instante Exc. D. Promotore, & iuxta Decretum Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Patriarchæ, Lector Synodo publicauit nomina Examinatorum approbatorum, vt apparent in actis, & subitò subsecutum est eorundem Examinatorum corporale præstitum Iuramentum, tactu Sacrorum Euangeliorum, in manibus Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Patriarchæ, in hæc potissimum Verba; quòd munus susceptum, quacumque humana affectione postposita fidelitèr, & liberè exequentur. Proximè ad hęc Exc. D. Synodi Premotor proposuit instantiam de publicandis nominatis, & deputatis, tám pro parte Ven. Capituli Ecclesiæ Patriarchalis, quám pro parte Ven. Cleri, ad reuisionem computorum Seminarij, & cum obtentum fuerit Decretum, prædicti nominati, & deputati à parte Ven. Capituli, & à parte Ven. Cleri, per verbum: Placet, acceperunt à Synodo approbationem; quorum omnium Nomina in actis inscripta sunt. Subsequenter omnes deputati, osculo manus Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Patriarchæ, in signum suscepti muneris, ad sua loca redier. Tandèm addita est instantia à suprascripto Exc. D. Promotore procedendi contra absentes, tamquam contumaces, &

ino-

inobedientes, per solitas Cedulas; & obtento Decreto, vt ita fieret; Idem Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha Tertiam Synodi Sessionem indixit, pro die Mercurij 8. Maij immediatè sequenti; & statim ac Lector eandem Indictionem publicauit, solemni benedictione, Synodum dimisit, & in Palatium ascendit.

Die Mercurij subsequenti 8. Mensis Maij Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Patriarcha congregauit Capitulum, & Clerum, vt antea factum est præcedentibus Sessionibus in Ecclesia Patriarchali, & quoque horam tertiarum, de more, Missam de Sanctissima Trinitate celebrauit, cum recitatione Precum, Hymni Veni Creator Spiritus, nec non cum Psalmis, & Orationibus, vt ex Pontificali Romano. Publicatum est Decretum: De non præiudicando, circa præcedentiam in hac Synodo; & quod nemo discedat, nisi post Sessionem terminatam, & benedictionem susceptam. Postquam hæc fuerunt præmissa, appellati sunt omnes nominatim, vt factum est in prioribus Sessionibus, & punctati sunt absentes. Nemo verò fecit professionem Fidei, cum antecedenter eandem fuissent professi. Institit Excel. D. Promotor, ex Synodo Priola prima, vt legeretur constitutio *cap. 46. de duodecim Visitatoribus se exteriorum, & executoribus Decretorum Patriarchalium*: Præterea, etiam, in executionem dictæ in Constitutionis, vt deputarentur, & publicarentur huic Synodo Visitatores, & Executores, & obtento Decreto, & lecta

cta, & Constitutione prædicta, traditis mihi Secretario ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D. Patriarcha Nominibus duorum Visitatorum deputatorum, pro quolibet Sexterio, eosdem Visitatores Lector publicauit, duraturos ad beneplacitum eiusdem Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Patriarchæ, & in actis omnia notata sunt. Sub hæc, ijdem vocati accesserunt Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D. Patriarchæ, & in argumentum muneris impositi manus eiusdem deosculati sunt. Vlterius Exc. D. Promotor petijt deputari Magistros Coeremoniarum, qui Sacerdotes circa Coeremonias Missarum, & Ritus seruandos examinent; & Ego Secretarius accedens prædicto Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D. Patriarchæ habui Nomina eorum, quos ipse mandauit publicari, ad libitum duraturos, & per Lectorem sunt publicati, vt in actis apparet; & ij similiter, pro suscepto munere manus Illustrissimi, & Reuerendissimi D.D. Patriarchæ sunt deosculati. Deinde, per eundem Exc.D. Promotorem facta fuit instantia pro publicatione Constitutionum Synodalium, quæ spectant ad Disciplinam Ecclesiasticam retinendam, & huius Ecclesiæ vtilitatem augendam: & cum Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha dedisset mihi Secretario, sua manu, Constitutiones, circa confirmationem veterum Constitutionum, atque proximè ab eo indictarum, Lector clara, & elata voce, publicauit, primo loco Decretum confirmationis, & appro-

batio-

bationis dictarum veterum Constitutionum, & secundo loco Constitutiones ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D. Patriarcha recenter editas. Institit etiam Exc. Promotor, vt omnes vocarentur, ad præstandam obedientiam, & pariter omnes steterunt, ante Illustrissimum, & Reuerendissimum D.D. Patriarcham, flexoque genu, & manus osculo, præstiterunt debitum obedientiæ, & reuerentiæ. Absentes, & contumaces notati sunt, instante Exc. D. Promotore, vt condemnarentur; præmissis solitis citationibus ad Valuas Palatij Patriarchalis; factoque Decreto condemnationis contumacium, in solutione pecuniaria, locis pijs applicanda, nisi intra spatium dierum decem, post citationem legitimè se excusauerint; idem Excel. Promotor exhibuit instantiam pro dimissione præsentis Synodi, & solemni benedictione facienda. Postremò Idem Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Patriarcha, antequam benediceret Synodo, hortatus est omnes, ex animo, & zelo, vt rectè, & secundùm leges, & pietatem viuerent: daturus semper pro sua charitate, & vigilantia, id quod singulis opus esset, iuxta opportunitatem. Tandem acclamantibus plena voce vniuersis, pro Synodo benè expedita, animisque mirabiliter sentientibus de Præsule, erga se ipsos, tam sanctè beneuolo, & inclinato, nec non peracta solemni Processione, cantato, Te Deum laudamus, solemniter benedixit Synodo, eamque in Domino dimisit. Vltimò Exc. Promotor rogauit me Secretarium, & Can-

& Cancellarium infrascriptum, vt de præmissis actis, lectis, & promulgatis omnibus, & singulis, vnum, vel plura conficerem Instrumentum, ac Instrumenta.

Acta fuerunt præmissa omnia in Cathedrali Ecclesia S. Petri de Castello Venetiarum, Anno, Indictione, Pontificatu, Mense, & diebus suprascriptis. Præsentibus R. R. P. P. Iacobo Bonato, & Andrea Viuiano Curiæ Patriarchalis Cursoribus Testibus notis, vocatis, atque rogatis.

Ego Io: Baptista Lazari I.V.D. Curiæ Patriarchalis Venet. Cancellarius, & Synodi Secretarius, rogatus, hoc præsens publicum confeci Instrumentum.